



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

188 Reseruationes fauorabiles, vt & Proprius motus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

nult. post Ioann. Andr. postque cæteros in hanc ipsam Constitutionem. quam Sententiam quoque tuctur prolixè Senensis in Tractatu suo de permutatione quæst. 1. cum seqq. aliquot. Quæ sententia probari cum primis videtur per d. c. execrabilis. de præbend. in extrauagantibus tum Ioannis 22. tum communibus. §. Quæ omnia. in verb. per viam (al. per medium) permutationis. vbi permutatio beneficiorum reseruatorum planè prohibetur, adedò vt absque speciali Sedis Apostolicæ mandato non valeat permutatio, ne quidem si legatus Pontificius interuenerit. At, inquis per gratias expectatiuas beneficia quoque reseruantur summo Pontifici; cur igitur & illæ permutationibus non præiudicant? Ratio diuersitatis est, quòd propter ambitionem petentium & extorquentium gratias istas, odiosa sint ideoque restringenda cuncta gratiarum earundem genera; reseruaciones autem omnes generales, ac etiam speciales illæ quæ proprio sunt Pontificis motu, fauorabiles omnino sint atque largioris interpretationis & quidem plenissimæ. cap. quamuis plenissima. c. si motu proprio. & cap. si pluribus. de præbend. in 6. Clement. si Romanus. de præbend. Quibus locis, vt & aliis plurimis, hæc distinctio clarissimè probatur. Ex his non difficulter de nominatis per Vniuersitates iudicari poterit; an & hi permutantibus præferantur in beneficiis ex causa permutatio-

188  
Reseruaciones  
fauorabiles,  
ut et proprius  
motus.

189  
Nominatio-  
nes Vniuersi-  
tatum fauo-  
rabiles.